Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nostrorũ iherusalem · quia in
veritate et iudicio iudicasti
omnia hec · ꝓpter peccata nra · Peccauimus enim et iniquè egimus
recedentes a te et deliquimus
in omnibus · et preceptis tuis non au-
diuimus nec obseruauimus · nec fe-
cimus sicut preceperas nobis ut
bene nobis esset · Omnia ergo q̃
iudicasti super nos et omnia q̃
fecisti nobis vero iudicio fecis-
ti · et tradidisti nos in manibus
inimicorũ iniquorũ et pessimo
tũ prauaricatorũq; · et regi in-
iusto et pessimo ultra omnem
terram · et nunc non possumus aperire
os · Confusio et obprobrium facti
sumus seruis tuis · et his q̃ co-
lebant te · Ne quesumus tradas
nos in perpetuũ ꝓter nomen tuũ
et ne dissipes testamentũ tuum
neq; auferas misericordiam tuam
a nobis ꝓter abraham dilecti
tui · et ysaac seruũ tuũ · et is-
rahel sancti tui · quibus locutus
es polliceris q̃ multiplicares
semen eorũ sicut stellas celi et
sicut harenam que est in littore
maris · quia diminuti
sumus plus quam omnes gentes · sum
q; humiles in vniuersa terra hodie
ꝓpter peccata nra · Et non est in tpe
hoc princeps et dux · et ꝓpheta
neq; holocaustum neq; sacrifi-
cium neq; oblatio neq; incensum
neq; locus primitiarũ coram te
ut possimus invenire misericordiam
tuam · sed in animo contrito
et spiritu humilitatis suscipiamur
sicut in holocausto arietum et
taurorũ et sicut in milibus ag-
norũ pinguium · sic fiat sacri-
ficium meum in conspectu tuo hodie
ut placeat tibi · quoniam non est
confusio confidentibus in te · et nũc
sequimur te in toto corde · et timemus te · et querimus faciem tuam
ne confundas nos · sed fac nobis-
cum iuxta mansuetudinem tuam
et secundum multitudinem misericor-
die tue · et erue nos in mirabi-
libus tuis · et da gloriam nomini tuo
domine · et confundantur omnes q̃os-
tendunt ipsis tuis mala · Confun-
dantur in omni potentia et robore · et
contteratur · et sciant quia tu es do-
minus deus solus et gloriosus super
orbem terrarum · Et non cessabant
qui miserant eos ministri regis
succendere fornacem napta et stupa
et pice et malleolis · et effunde-
bat flamma super fornacem cubitis
quadraginta nouem · et erupit et
incendit quos invenit iuxta for-
nacem de chaldeis angelus autem
dni descendit cum azaria et so-
rys eius in fornacem · et excussit
flammam ignis de fornace · et fecit
medium fornacis sicut medium ro-
ris flantis · et non tetigit eos
omno ignis neq; contristauit nec
quidquam molestiae intulit · Tunc hy-
mnum dicebant in igne · laudabat
et glorificabat · et benedicebant
deum in fornace dicentes · Bene
dictus es domine deus patrum
nostrorũ · et laudabilis et glori-
osus et super exaltatus in secula
et benedictum nomen gloriae tue
sanctum · et laudabile et superexal-
tatum in omnibus seculis · Bene
dictus es in templo sancto gloriae
tue · et superlaudabilis et super
gloriosus in secula · Benedictus